


DOMITORI ORIENTIS
J O A N N I I I I I.
 REGI POLONIARUM &c.
 POST LIBERATAM OB-
 SIDIONE VIENNAM TURCA-
 RUM VICTORI SEMPER
 I N V I C T O.

Applaudebit

G. VACHSCHLAGER, S. R. M. Secretarius.



THORUNII imprimebat CHRISTIANUS BEKK, Gymn. Typ.



Besidet Austriacam dum Thracia tota Viennā
Profunditq; suas, Bisto superbus opes.
Dum furor armorum metuendas colligit artes,
Ut subeat rigidum pulchra Vienna jugum:
Durat, & invicta Constantia fronte triumphans,
Sustinet hostilis tela cruenta manus.
Tot generosa malis una Virtute resistit,
Dum spes Sarmaticam proxima monstrat opē;
Ac velut Oceani tumidis jaçtatus ab undis
Prospicit optatas, sidera, Nauta, faces:
Sic aquilas nunc, Leche, Tuas, sic Teuto cohortes,
Sollicitat votis, Numina certa, suis.
Accelerat fidum sociis vestigia pectus,
Deproperat longæ Sarmata pensa viæ.
Qvem simulac fortes hostis sociare maniplos
Atq; alacri bellum poscere corde videt:
Thrax, animis numeròq; ferox, decernere pugna,
Et dubio litem solvere Marte parat.
Concurrunt acies, validis certantq; lacertis,
Hæc Domini causam protegit, illa DEI.

Fortior at numero Virtus. Fugit impia turba,
Et trepidam cogit vertere terga pavor.
Terga nefanda premit victrici Sarmata ferro,
Subducit reliquam nox tenebrosa manum.
Non satis obsessam, tamen asseruisse Viennam,
Et decus Austriaco restituisse suum.
Continuat faustos, o Rex, in dextra Triumphos,
Et fugat audaces, vincens certa, globos.
Immemor heu! tantæ quæ cladis turba superstes,
Prælia sed nunquam potest repetenda, petis?
An rapidis Istri quondam accumulata fluentis,
Perdere fraternâ lumbâ forte cupis?
Sic rabiem Natura Turbarum sic unda furorem,
Vindicat, & Patriam raptâ raptâ suæ.
Ut fugiens fortis moritur, vnumque pugni
Invenias mediis vulnere, tela, vadis.
Horrida jam veteres illeant spectacula chartæ,
Tristior hâc Scena fabula nulla fuit;
Quam cum Danubio mixtum bibit ore cruorem,
Quem sitiit, dignum sic periisse, genus,
Millia cui capitem quamvis de corpore magno
Hostilis ferri vulnere cæsa cadant.
Millia succrescunt, alio prægnantia foetu,
Cui micat è toto barbarus ore pater.

Sed crescant nostris turgentia monstra ruinis,
Monstrorum Domior dum Tibi, Leche, viget:
Cujus ad Herculeæ felix robora dextræ
Concusit totiens fertilis Hydra caput.
Solvite Germani Ducius pia præmia tantis
Armavit Patriæ quos pereuntis amor.
Quos pietas sanctæ hysti defendere nomen.
Et Daco jusfit læsa fides.
Præmia Sarmatico cadent digna Gradivo,
Qvo stetit Europa sed quoq; vestra Salus.
Qvi Scythicas Civis exit cervice catenas,
Tempora victricis ohnide cincta gerat.
Europæ ferrum potu vi frangere Victor,
Maxima quant proemia nulla feret.



KSIĄŻNICA MIĘSKA
DAL KOPERNIKA